

XXVII.

etiam hierusalem: nouam: descendente de celo. a deo paratam tanq̄ sponsam. ornata: tam viro suo. et addidit. Et audiui voces magnam de throno dicentes. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. et habitabit cum eis. Ad quid? Credo ut sibi acquirat sponsam de hominibus. Mira res. Ad sponsam veniebat: et absq̄ sponsa non veniebat. Querebat sponsam et sponsa cum ipso erat. An ducerant? Abit. Una est enim ait: columba mea. Sed sicut de diversis omnium gregibus unum facere voluit. ut sit unum ovile et unus pastor. Ita cum haberet sponsam inherente sibi a principio multitudinem angelorum: placuit ei et de hominibus conuocare ecclesiam. atq̄ vnire illi que de celo est. ut sit vna sponsa et sponsus vnus. Ergo adiuncta ista: perfecta est illa: non duplicata. et agnoscit de se dicitur. Una est perfecta mea. Porro vna conformitas facit: nunc quidem in simili deuotione: postea vero et in pari gloria. Habes itaq̄ vtrūq̄ de celo: et sp̄sum scilicet Iesum: et sponsam hierusalem. Et ille quidem ut videretur: semetipsum et inaniuit formam serui accipiens. et in similitudinem hominū factus: et habitu iuuenis ut homo. Et illam in qua nazarethana forma seu specie. aut in quo habitu videlicet descendente vidit ille q̄ vidit. An forte in frequentia angelorum: q̄s vidit descendentes et ascendentes super filius hominis? Sed melius dicimus q̄ sponsam tunc viderit: cum verbum in carne vidit: agnoscens duos in carne vna. Dum enim sanctus ille Emanuel terris intulit magisterium discipline celestis. dū superne illius hierusalem que est mater nostra: visibilis quedam imago et species de coris eius per ipsum nobis et in ipso expressa innotuit: quid nisi in sponso sponsam perspeximus. vnus eundemq̄ dominum glorie admirantes et sponsum decoratum corona et sponsam ornata monilibus suis. Ipse igitur qui descendit. ipse est et qui ascendit. ut nemo ascendat in celum nisi qui de celo descendit: vnus idēq̄ dominus. et sponsus in capite et sponsa in corpore. Rec frustra in terris visus est homo celestis: cum de terrenis celestes q̄ plures fecerit sibi similes. ut sit quod legitur qualis celestis: tales et celestes. Et tūc igitur

in terra viuatur more celestium. dū in star superne illius beate creature. hec q̄ que a finibus terre venit audire sapientiam Salomonis. celesti viro nihilominus casto inheret amore. et si necdum quomodo illa iuncta per specie. tamen sponsata per fide. iuxta promissum dei dicentis per prophetā. Sponsabo te mihi in misericordia et miserationibus. et sponsabo te mihi in fide. Unde magis magisq̄ cōfō mari sagit forme que de celo venit. discēs ab ea verecunda esse et sobria. discens pudica et sancta. discens patiens atq̄ cōpariens. postremo discens mitis et humilior corde. Et ideo moribus huiuscemodi cōtendit et absens placere ei in quē angeli prospicere concupiscunt. ut dū desiderio feruet angelico. probet se perinde cūem sanctorum et domesticā dei. probet dilectam probet sponsam. ¶ Ego puto omnes animam tale non modo celestes esse propter originē. sed et celū ipsum posse non immerito appellari propter imitationē. Et tūc liquido ostendit quia vere origo ipsius de celis est. cum conuersatio eius in celis est. Est ergo celū sancta aliqua anima. habet solem intellectū. lunam fidem. astra virtutes. Vel certe sol iusticie zelus aut feruens charitas. et luna continentia. Quomodo enim claritas (ut aiunt) lune. non nisi a sole est. sic absq̄ charitate seu iusticia. continentie meritū nullū est. Pincdeniq̄ sapientis. Quis pulchra est (inquit) casta generatio cū charitate. Porro stellas dixisse virtutes. non me penitet. considerantē congruentiā similitudinis. Quo mō nēpe stelle in nocte lucent. in die latent. sic vera virtus que sepe in prosperis non apparet. emittit in aduersis. Illud sane caute est. hoc necessitatis. Sidus est q̄ virtus. et hō virtutū celū. Nisi quis forte cū deū per prophetam dixisse legit. celū mihi sedes est. celus hoc volubile visibilesq̄ intelligendū existimet. et non potius illud de quo alibi apertius scriptura commemorat. anima (inquit) iusti sedes est sapientie. Qui autem doctrina sapit saluatoris sp̄m esse deū atq̄ in spiritu adorādū. etiā sedē ei nō ambigit assignare spirituale. Ego pro fidentē id fecerim. non min⁹ in hoīs iusti q̄ in angelico sp̄u. Cōfirmat me in hō sensu maxie illa fidelis pmissio. Ego (ait fili⁹) et p̄ ad eū. i. ad sc̄m hoīem